in Taberna vel in aliqua Bibliotheca Tractatus Tractatuū: & quo precio. Vale, meque amare perge. Lincii 11. Apr. An. 1613.

J. Kepplerus Matthiæ Berneggero S.P.D.

NObilis & Doctiſſime vir, amice colende. Ex die 25. Martii, quo die exemplar libelli mei antiRösliniani per Nautam ad Neüpronneros Ulmam miſi, ut tibi tranſmitteretur, ad hunc uſque diem nihil mihi abs te nunciatur. Accepi quidem Heronis opuſcula Mſc. (ſed ſine literis; nec indicas pretium datum ſcribæ, ut G. D. Helmhardo Jörger referre poſſim: is enim eſt, cui operam hanc præſtitiſti. Ex die $\frac{16}{26}$. Aprilis ſalutem mihi apponis in literis Memhardi; ubi verò mentio exemplaris mei? Itaque ſollicitus valdè ſum, ne mihi perierit opera. Interim & notam unam, ſeu